

## Besondere Prüfung 2012 - Latein

7. September 2012

Arbeitszeit: 120 Minuten

### Kunstraub im Apollontempel auf der Insel Delos

*Cicero tritt im Jahr 70 v. Chr. als Ankläger im Prozess gegen C. Verres auf. Dieser hat sich als Statthalter der römischen Provinz Sizilien in den Jahren 73 - 70 v. Chr. zahlreiche Übergriffe zuschulden kommen lassen. Im folgenden Abschnitt aus seinen „Reden gegen Verres“ schildert Cicero den Richtern, dass der Angeklagte bereits als Legat im Dienste des Dolabella vor Kunstraub nicht zurückschreckte: Ohne Wissen seines Vorgesetzten raubte Verres den Tempel des Apollon auf der Insel Delos aus.*

Verres Delum venit. Ibi ex templo Apollinis nocte clam sustulit signa<sup>1</sup> pulcherrima atque antiquissima. Ea in onerariam<sup>2</sup> navem suam ferri iussit.

Postridie cum incolae Deli templum spoliatum esse viderent, graviter ferebant<sup>3</sup>. Est enim tanta apud eos eius templi religio<sup>4</sup>, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. Verbum tamen facere<sup>5</sup> non audebant.

Tum subito maximae tempestates (co-)ortae sunt, iudices, ut Dolabella, cum cuperet, proficisci non posset. Navis illa praedonis istius<sup>6</sup>, onusta<sup>7</sup> signis<sup>1</sup> religiosis, fluctu eiecta frangitur. In litore signa<sup>1</sup> illa Apollinis reperiuntur; iussu Dolabellae reponuntur. Tempestas sedatur, Dolabella Delo proficiscitur.

Memoria ac litteris proditum est Latonam<sup>8</sup> gravidam<sup>9</sup> ex longo errore et fuga Delum confugisse atque ibi Apollinem Dianamque peperisse. Itaque omnes homines illam insulam eorum deorum sacram putant. Ne Persae quidem<sup>10</sup>, cum bellum toti Graeciae, deis hominibusque, indixissent et classem ad Delum adpulissent<sup>11</sup>, quicquam aut violare aut attingere conati sunt.

Tu autem, Verres, hoc templum depopulari<sup>12</sup>, homo improbissime, audebas?

[150 IW]

- <sup>1</sup> **signum, -i** = statua, -ae  
<sup>2</sup> **oneraria navis** Lastschiff  
<sup>3</sup> **graviter ferre** erbittert sein  
<sup>4</sup> **religio, -onis** hier: Verehrung  
<sup>5</sup> **verbum facere** sich über den Vorfall äußern  
<sup>6</sup> *Mit praedo iste ist Verres gemeint!*  
<sup>7</sup> **onustus, -a, -um** beladen

- <sup>8</sup> **Latona, -ae** Latona (Die Göttin Latona, von Jupiter mit den Zwillingen Apollo und Diana schwanger, wurde von der eifersüchtigen Juno, die die Geburt der Kinder verhindern wollte, lange Zeit verfolgt: Auf Junos Betreiben fand sie zunächst keinen Ort, der ihr Aufenthalt gewährte. Erst als Latona auf der Insel Delos aufgenommen wurde, konnte sie dort die Zwillinge zur Welt bringen.)  
<sup>9</sup> **gravidus, -a, -um** schwanger  
<sup>10</sup> **ne ... quidem** nicht ... einmal  
<sup>11</sup> **classem adpellere** mit der Flotte anlegen  
<sup>12</sup> **depopulari** = spoliare

**Nicht für den Prüfling bestimmt**  
**Besondere Prüfung 2012 – Latein**  
**7. September 2012**  
Arbeitszeit: 120 Minuten

Text: Cic. *Verr.* II, 1, 46-48 (Text gekürzt, umgestellt und adaptiert)

Bewertung: 7,0 - Fehlerschritt